UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S. Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps || Elector, &c.

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Septuagesimum [i.e. Sexagesimum] septimum. De liberato à surditate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Visual Library

A

Caput Septuageſimum ſeptimum.

De liberato à ſurditate.

THEODERICVS vir nobilis, à teneris annis ſurdus, ad locum, vbi martyr paſſus eſt, ſpe ſalutis obtinendæ venit. Octo diebus illic in labore & precibus perdurans, integerrimè ſanatus eſt: atque eum locum deinceps ſummo ſtudio & deuotione atque annuis muneribus proſecutus eſt. Surdus curatur.

B

Notatio ad Caput Sexageſimum ſeptimum.

MAnuſcriptis Suriana conſonat editio.

C

Caput Sexageſimum octauum.

De Campanario contracto ſanato.

QVIDAM decem annis crura contracta & eneruata habuit. Is tandem duobus innitens ſcipionibus, ad hunc locum contendit. In itinere preces ab imo pectore fudit multis permixtas lachrymis, & in Cõtractus reſtituitur.
D ipſo paſſionis loco cum tanta ſe deuotione proſtrauit, vt etiam citiùs, quàm ipſe aduerteret, ſanitas ei reſtituta ſit. Hoc miraculum quicunque viderunt, in martyris erupere laudes, altaque voce eum concelebrarunt.

Notatio ad Caput Sexageſimum octauum.

MAnuſcript. hunc contractum deſcribit: *Campanarium & Textorem de Puppendorp. ex illa parte Suſatiæ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN